

# De Augmento Monet. 17

nistrabant, ut stipendia militibus tale non suspicantibus erogarent, quam ob causam multi furca suspensi, & ob similem casum Veronę nobilis cuiusdam domus funditus euersa fuit auctore similis sceleris morti damnato.

16 Secunda conclusio est: Monetæ + augmentū vel diminutionem à pretio, quod ab initio pecuniae impressæ datum est regulari; & ideo ad verū, & iustum pecuniae valorem semper recurrendum esse. Propterea in definitione nostra dicebamus p̄tij ab initio pr̄fixi adiectionem augmentum efficerē. Hoc autem pretium ab eo Principe, qui ius cūdendi habet imponi solet, & debet, nec ab alijs postea poterit alterari; sicuti solis hanc facultatē habentibus licet pretium monetis tribuere, vnde multi hac ratione voluerunt charakterem, & publicam Principis autoritatem bonitatē nummi æstimare, & constituere, non autem ipsam materiæ considerationem, & illius effectus hanc potestatē in qualibet materia esse, vt etiam coriū, carta, stannum, plumbum, & similia charactere numismatis impressa, æstimationem recipient, & puriorū numismatū loco expendātur. Quod fit, vt aliqui dixerint pecuniam, quid incorporeum esse, & in imaginatione ratione huius pretij cōsistere, quorum opinio re ipsa falsissima est. Et in estimatione monetæ erit prius diligenter considerā-

11978

C

da qua-